

**J**Am Weller pulchram jungit sibi fædere costam,  
Et sacras ades, Te duee Christe, petit.  
**H**ane ego fortunam Tibi, Vir Reverende, secundam  
Gratulor ex animo, cunctaq; fausta precor.  
**D**et Deus, ut, quæ jam cœpit sors lata, perennis  
Permaneat, stabili continuata gradu.  
**C**rescat amor magis atq; magis vos inter, honore  
Floreat incolumis divitijsq; domus.  
**V**ive diu interea cum costâ, vive, nec unquam  
Perturbent vestrum fata sinistra eorum.

Constantinus Am Ende  
Pirnensis.

**M**agna erat in thalamos culpa olim ivisse secundos,  
Hinc Dido incensis insilit ipsa rogis.  
**C**larior at Te Lux circumnitet, inclyte Sponse,  
Quod sit Sariadæ juncta Cetura tenes.  
**Q**uare Dorotheam Christianam ducis amatam,  
Quam Charitum quartam rite vocare licet.  
**C**uncta tibi similis, si spectes stemma, genusq;  
Si spectes cultum, si Genium, Ingenium.  
**Q**uod semel emensus felici sidere marmor,  
Rursus ini, & portum mercibus auctus adi.

Johannes Bolthenius  
Wilt-Holz.

**E**N datur à Domino tibi Costa secunda, secundo  
Adjungam thalamo vota secunda tuo.  
**V**os circumcingat fortuna secunda, domusq;  
Sentiat omnigenam vestra salutis opem.  
**P**ax per amica, Dei benedictio larga, fidesq;  
Intemerata, salus vos regat atq; tegat.  
**F**inita recreet primâ vos vita secunda,  
Morsq; secunda retrò cede, recede procul.

Martinus Schlegelius.  
Sic